

408\*—422\*a permagnus est numerus titulorum errore inter Tiburtinos relatorum.

408\* d. m. *Sallustia Phoebe* titulus urbanus, Romae in eccl. S. Caeciliae (Grut. 736,9), sine loci indicatione relatus a Poggio (cf. Henzen huius Corp. vol. VI praef. p. XXXVIII n. 72) et Cyriaco, Tibure collocatur a Valvasonio f. 8 (inde Mur. 1275,6), in aedificio magno extra Tibur ab Alciato (cod. Feae f. 16) et Cholero f. 65'.

409\* inscriptio Falisca

*Viam Augustam a porta Cimina usque ad Anniam* (Corp. XI, 3126) prope Tibur collocatur in cod. Alt. Chis. f. 20'; apud Borghinum p. 123; apud Rambertum Pat. f. 143 (ex Ramberto Doni 2,261). Ansam errori dedit quod in collectaneis Cyriaci, qui hanc inscriptionem solus videtur servasse, haec inscriptio subsequebatur Tiburtinas, ut clare perspicitur ex Petri Donati codice Hamiltoniano nunc Berolinensi; ibi enim inscriptiones mausolei Plautiorum n. 3606—3608 (f. 66—67), quibus subscriptum (non praescriptum) est haec sunt prope Tybur excipit (f. 67) inscriptio *Viam Augustam*; huic adscriptum quidem est a latere 'prope urbem in Campagnano castro nunc Ursinorum', sed ita, ut a lectore minus attento facile indicatio praecedens huc trahi possit. Vere Faliscam esse hanc inscriptionem inde patet quod Faleriis descripta est altera inscriptio ad eandem viam Augustam pertinens (Grut. 149,5 = Corp. XI, 3083).

410\* inscriptionem Caietae olim extantem

*L. Villio* [sive, ut habet cum aliis, *Atilio*] *C. f. Tromen. Atiliano* (Corp. X n. 6090) Muratorius 614, 4 ('e schedis Kiriaci et Iucundi et Scotti et Donio'), collocavit 'prope Tiburtinam civitatem'. In Petri Donati codice Hamiltoniano haec inscriptio (interposita tantum inscriptione *C. Munitorio Callistrato* sine ulla indicatione) cum indicatione 'in eodem loco' subsequitur eam quam supra n. 409\* diximus vere Faliscam a multis habitam esse pro Tiburtina.

411\* Brunelleschius cod. Maruc. A 78,4 Tiburtinis suis (f. 68—73) complures interposuit alienas, quarum alias vocabulo 'ibidem' vere Tiburtinis adiungit, alias diserte Tiburi tribuit. Sunt autem hae:

a) urbanae

1. d. m. s. *Longini Victoris vet. Aug. n.* (Corp. VI n. 3472)
2. d. m. *M. Iuli Laudandi a militiis* (Corp. VI n. 3498)
3. *A. Bucculei Stati* (Corp. VI n. 13657)
4. d. m. *P. Statius Trophimus* (Grut. 995,11)
5. d. m. *P. Tuscitius Alexander* (Grut. 924,24)

b) Trebulanae

1. *Iuliae Aug.* (Corp. IX n. 4880)
2. . . . *patrono Aequiculanor.* (Corp. IX n. 4885)
3. *T. Petidio T. f. Fab. Cessino* (Corp. IX n. 4896)

412\* Apud Rambertum (cod. Patav. f. 142) inscriptiones Tiburtinas ex Siederianis excerptas, quarum ultima est nostra n. 3793, subsequuntur sine ulla indicatione

1. *M. Servilius M. l. Rufus lictor* (Corp. VI n. 1906).
2. *dormitione Salustiae Partaenope b. m. f. Sal. Agapetus*.

Harum prior etiam ante et post Rambertum Romae extitit neque ullo modo ad Tibur pertinet; nec magis Tiburtina est secunda, quae ex solo Ramberto videtur innotuisse. Hanc tamen cum ex Ramberto repeterent Donius 44,65 (inde Mur. 1933,3; Orelli 4461) et Bertoli *antich. di Aquileja* p. 162 n. 165, posuerunt Tibure.

413\* inscriptiones

1. d. m. *M. Aur. M. f. Secundino vet. Aug. n.* (Corp. VI n. 2488)
2. d. m. *Q. Vetio Ingenuo veterano* (Corp. VI n. 2514)

qui eodem exemplo proponunt Pighius cod. Berol. f. 195. 195' et Boissard ms. Holm. f. 47', ed. 2,57. 56, Tibure Romam allatas esse nolaverunt. Non credo, immo recte puto eas Henzenus inter urbanas recepit.

414\* inscriptio urbana

. . . [F]ourius A. l. [Se]leucus mag. quin. conlegi aurificum (Corp. VI n. 9202)

teste Smetio incisa 'in lapide Tiburtino quadrato', unde Manutius orth. fecit 'in Tiburtino', propter hanc Manutii indicationem a Nicodemo p. 86 (l. 4 c. 3) et a Vulpio Lat. 10 p. 107 habita est Tiburtina.

415\* inscriptionem d. m. *L. Aureli Cordi mil. coh. iiii pr.* (Corp. VI n. 2524)

Pighius cod. Berol. f. 202, cod. Luzac. p. 246 (inde Grut. 1106,9) male collocavit Tibure, deceptus eo, quod in codice Oscottiano, ex quo eam habuit, praecedunt inscriptiones Tiburtinae n. 3606 et 3667, ipsa autem loci indicatione destituta est.

415\*a inscriptio urbana *dis man. | Ael. Zoilus | hic situs est | vix. an. lxxii a* Gutensteno apud Gruterum 900,9 dicitur reperta esse Tibure.

416\* inscriptionem *Demetrius C. n. s. ex viso huic [U]oco tutela posuit* (Corp. VI n. 598) Donius 4,426 (ex quo repetivit Mur. 136,4) male collocavit Tibure.

417\* inscriptionem *T. T. Coccei Gaa et Patiens* (Corp. VI n. 40237) Amaduzzius anecd. litt. vol. 4 p. 519,6 scripsit repertam esse Tibure, parum probabiliter, cum auctores nonnulli Amaduzzio aequales vel etiam antiquiores alium locum nominent. Potest Amaduzzium vel eius auctorem in errore induxisse vocabulum *Tiburtina* eius inscriptionis v. 8.

418\* inscriptionem Capuanam

d. m. s. *M. Vesperio M. fl. Pal. Iucundiano* (Corp. X n. 3865)

Scaliger cod. Papenbr. f. 79 et apud Gruterum 485,6, inscriptionem item Capuanam

*Maria G. et Suavitti l. [P]eregrinae opstetrici* (Corp. X n. 3972)

idem Scaliger apud Gruterum 636,4 nescio quo errore collocavit Tibure.

419\* Muratorius titulos complures Italiae inferioris, Beneventanos tres (n. 4—3), Allifanos tres (n. 4—6), Aeserninum unum (n. 7), repetens ex Accursii schedis nunc Ambrosianis male et contra ipsius Accursii testimonium collocavit Tibure:

1. d. m. *M. Munio Vitali* (Corp. IX n. 1894)
2. d. m. *Veediae Fortunatae f*
3. d. m. *Viliae P[r]imae* (Corp. IX n. 2032)
4. . . . *ludio m. f. post . . . | [sig]num et basim d . . . | cet.* (Corp. IX n. 2323 cum add. p. 674)
5. *Q. E. G. L. L. Tarronio Pisonino c. v.* (Corp. IX n. 2340)
6. *L. Badio M. f. Ter.* (Corp. IX n. 2382)
7. *M. Staius M. f. Vol. Batraca Isauricus* (Corp. IX n. 2669)

420\* titulum Firmi Piceni

d. m. *Sp. Saufeius Sp. filius* (Corp. IX n. 5407)

ex Adami libro excerptum mero errore Muratorius 4212,4 collocavit Tibure.

421\* v. f. *C. Gavius L. f. Asper* inscriptio reperta prope Empoli Etruriae (Corp. XI, 1736) a Vulpio Lat. 10 p. 664, qui repetivit ex Fabrettio 130,60, collocatur apud Empulum Tiburtium non longe a Valeria via.

422\* falsa inscriptio d. s. m. *L. Autio L. f. Cornel. Capitolino* (Corp. VI, 5, 1445\*), ab auctore Ligorio collocata in via Tiburtina prope ecclesiam S. Laurentii, a Panvinio Rom. p. 504 collocatur Tibure.

422\*a *C. Porci a. d. iiii eid. Sex.* inscripta olla, oriunda ex vinea S. Caesarii (Corp. I, 940 = VI, 8336), nuper teste G. Durand *acad. du Gard* 1871 p. 202 adlata est in Franciam, ubi qui vendidit dixit repertam esse Tibure. Monui, ne quis verae originis nescius eam inter Tiburtinas referat.

## XVII. Monticelli. Palombara.

423\* *Cornicolo senza dubbio è oggidì Monticelli, castello della diocesi di Tivoli, vicino a Palombara; ciò che convince l'iscrizione in marmo, trovata pochi anni sono, ove fu già quivi la villa di Servio Tullio:*

seruio tullio | ex corniculo | romanorum regi | numini maiestatique eius | deuotus | populus corniculus

Piazza gerarchia cardinalizia (1703) p. 167. Inde Mattei *Tuscolo* p. 89 (ex eo Mur. 1803,1); Casimiro da Roma *memorie storiche dei frati minori* p. 167 falsam iudicans.

424\* in Sabinis PANV., Palumbarae in Sabinis, in abbatia S. Iohannis, optima litera SMET.

*iulia t. iuli postumi lib  
 fecit sibi et  
 t. flauio imp. titi lib. floro fi  
 ti. sempronio ti. lib. neponti con  
 5 et ualeriae elpidi posterisque*

Smetius ed. 136, 46 (inde Grut. 643, 3) inter inscriptiones acceptas a Pighio (vidisse Pighium, quod Gruterus posuit, Smetius nequaquam indicavit); Panvinus Vat. 6036 f. 46' manu ignota.

1 c (pro r), 1 fin. LIBERTI, 3 fin. ET (pro FI), 4 fin. CON-L, 5 EORVM addit Panvinus; v. 4 NEPONTI tam Panvinus quam Smetius, sed hic in codice Leidensi, ad quem editio expressa est, litteram N induxit, unde factum est ut in editione sit sic: NEPONTI.

425\* in ara seu urna sepulchrali SMET.; *scritto in una urna PANV.* Palumbarae, in Sabinis, in templo SMET. Locum non indicat PANV.

*philetus l | m. laetorio ingenuo | dat  
 'Sunt in angulis columnae quadratae cum foliis,  
 in lateribus pinnae navium' SMET.*

Smetius ed. 136,45 inter inscriptiones a Pighio acceptas (ex Smetio Grut. 988,8); Panvinus Vat. 6036 f. 66' manu ignota.

426\* in S. Maria, ad pedem montis Palumbariani, in Sabinis.

dis manibus | scantiae | ianuariae | uix. ann. xx m. iiii. d. xui | scantia trophima | filiae pilssimae | et sibi

Utrique tripus est cum corvo. In angulis sunt columnae Corinthiacae. Subtus caena feralis est: sedet uxor in gremio floris: accedit puer cum cantharo: astat mensa tripus, ut alibi. Superius Victoriae nascentes ex floribus rosis, tenent concham, in qua stemma mortuae puellae.

Smetius ed. 136,21 (inde Grut. 705,9; ex hoc Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 407 errore citans Muratorium).

Mihi paene certum videtur, inscriptiones n. 424\*. 425\*. 426\*a Pighio cum Smetio communicatas non ab ipso Pighio visas esse, sed datas ei a Ligorio et falsas; nam n. 424\* quantum peccet in nominibus contra consuetudinem apud Romanos receptam quivis videt, et ornamentis, qualibus n. 425\* et magis etiam n. 426\* refertae fuisse dicuntur, Ligorius valde sibi placuit — offendunt autem potissimum in n. 426\* Victoriae nascentes ex floribus, quae dicuntur sustinuisse protomen puellae. Denique id ipsum mirum esset, inscriptiones in ecclesiis oppidi non infrequentis prostantes nemini alii visas esse.